



The following document is part of a Dulwich Society project to digitise, transcribe and translate the Dulwich Manorial Court Rolls. They begin in 1333 and continue, with some breaks, to 1908.

For more details of the original court rolls and other documents please go to <https://www.dulwichsociety.com/courtrolls/>

Text in **red**, apart from modern notes by the transcriber, indicates text missing from, or entirely illegible in, the original Roll.

Text in various shades of **grey** indicates text which, in the original Roll, is to a greater or lesser extent difficult to decipher.

Text in **green** indicates letters missed out of the original text, usually in commonly found abbreviations.

Otherwise, all contemporaneous text is in **black**, except for presumed later additions which are indicated in **brown** or **blue**.

Roll G4 [previously E7] (recto)

Part 1 [Thursday] 3 Feb 1536

Dullewiche Curia *ibidem* tenta tercio die Februarij Anno Regni Henrici Octavi dei Gracia Anglie & Francie
E.7. Regis fidei defensoris domini Hibernie Et in terra Supremi Capitis Anglicane Ecclesie[sic] xxvij^{mo}

presentacio Homagii Item Ad istam Curiam venerunt tam predictus Edwardus Dove & Oliverus Dove filii primi Johannis Dove senioris filii quam quidam Walterus Dove & Johannes Dove filii cuiusdam Johannis Dove tercij filii & Junioris inter quos contencio est cum eorum consulariis Et Homagium predictum Jurati solempnito exacto similiter comparuerunt qui ad veritatem de premissis dicendo presentant quod Margareta Dove vidua que de domino tenuit pro termino vite sue certas terras & tenementa custumaria parcelas premissorum infra dominium istud diem suum clausit extremum unde accidit domino de heriecto nihlⁱ quia nullus habuit animalia que quidem Margareta habuit & tenuit dictas terras & tenementa ex sursum reddicione predicti primi Johannis Dove nuper viri sui reversio seu remanerium inde post decessum eiusdem Margarete Johanni Dove filio suo seniori & heredibus de corpore suo legitime procreatis cum remanerium ulterius prout patet per Copiam Rotulis Curie Manerij predicti Gerentem datum die Jovis in festo sanctorum Simonis & Jude Anno xxij^{cio} Regis Henrici Septimo Et quod Idem Johannes Dove filius suus senior obiit in vita predicte Margarete Et quod Oliverus Dove est filius Junior eiusdem Johannis filij & proximus heres

Obitus Tenentis de corpore suo legitime procreatis secundum consuetudinem Manerij Tamen ulterius presentant ex noticia eis de novo ^{nuper} data quod diu antea prefatus primus Johannes Dove quondam viri predicte Margarete aliquod habuit in terris & tenementis predictis ac ceteris premissis quidam Johannes Brutone & Johanna uxor eius habuerunt & ceperunt de domino secundum consuetudinem predicti Manerij predictas terras & tenementa inter alias terras & tenementa habendum sibi pro termino vite ipsorum Johannis Brutone et Johanne ut patet per rotulum Curie Manerij predicti Gerentem datum xxij^{do} die Aprilis Anno xij^{mo} Regis Edwardi quarti reversio seu remanerium inde post eorum decessus prefato primo Johanni Dove nuper viri dicte Margarete & heredibus de corpore ipsius primi Johannis Dove legitime procreatis secundum consuetudinem Manerij predicti Et pro defectu talis exitus remanerium premissorum cuidam Simoni Ingolffe heredibus & assignatibus ^{suis} imperpetuum secundum consuetudinem Manerij predicti prout apparet in eisdem Rotulis & c. Et quod Johannes Dove Junior adhuc infra etatem existens est consanguineus et proximus heres

Dies datus predicti primi Johannis Dove quondam viri dicte Margarete de corpore suo legitime procreatis secundum consuetudinem Manerij predicti videlicet filius Junior Johannis Dove Junioris filii predicti primi Johannis Dove nuper viri predicte Margarete & c. Super quo venerunt partes predicti & petunt se admitti ad premissas & c. Tamen advisatur Curia usque proximam Curiam videlicet secundo die Maij Anno xxvij^{vo} Regis supradicti proxime futuro hic tenendum Et idem dies datus est partibus predictis hic et c. Et quod interim consulendum est cum domino & eius consilio in premissis & c.

Part 2 *[Tuesday] 2 May 1536*

Dullewiche ¶ Curia ibidem tenta secundo die Maij Anno Regni Henrici Octavi dei Gracia Anglie & Francie Regis Fidei defensoris domini Hibernie & in terra Supremi Capitulis Anglicane Ecclesie xxvij^{mo}

Homagium Jurati Videlicet Henricus Knyght Henricus Ode Johannes Webster & Thomas Henley Jurati presentant quo^d Johannes Legh armiger Radulphus Legh Henricus Wylde Robertus Draper tenentes terre nuper Lanes faciunt defaltam Curie & c

Ordinacio Item ad istam ordinatum est quo^d Robertus Draper & Henricus Knyght debuerunt recipere Exitus & proficua omnia illarum terrarum & tenementorum Customariorum que Margareta Dove Vidua nuper tenuit infra dominium istud Et quo^d predicti Robertus Draper & Henricus Knyght tenentes domini huius Manerij quo^d ipsi reparaciones eisdem pro aliis necessitudinibus sustentabunt & reparabunt cum proficuis & exitus premissorum donec & quousque & c. Et ad reddendo ulterius inde computum omnium inde requisitum fuerit Salvo Jure cuiuslibet & c.

Item ad istam Curiam veniunt tam predicti Edwardus Dove & Oliverus Dove filii primi Johannis Dove senioris filii quam quidam Walterus Dove & Johannes Dove filii cuiusdam Johannis Dove tercij filii & Junioris inter quos contencio est cum eorum consularii Et petunt se admitti ad premissa tamen ulterius advisatur Curia usque proximam Curiam videlicet ad decimum septimum die Aprilis proxime futuro hic tenendum Et idem dies datus est partibus predictis hic & c.

Part 3

[Tuesday] 17 Apr 1537

Dullewyche ¶ Visus Franci plegii Cum Curia Baronis ibidem tenta die Martis xvij^{mo} die Aprilis Anno Regni Henrici Octavi dei Gracia Anglie & Francie Regis Fidei defensoris domini Hibernie & in terra Supremi Capituli Anglicane ecclesie xxvij^{mo}

Capitales plegii ibidem Videlicet Willelmus Smythe & Johannes Counsell Jurati presentant de Communie Fine ad hunc diem de certo c--iiij^s
Communis Finis c--iiij^s

Constabularius ibidem Videlicet Henricus Hunte Juratus presentat quod Omnia bene & c.

Tastator Servicie ibidem Videlicet Robertus Judson Juratus presentat quod Johannes Bottome Est Communis panis pistor panis
iiiij^d

misericordia c----- iiiij^d humani & facit panem minime assise ac fregit assisam domini Regis Ideo ipse in Misericordia & c.

misericordia c----- viij^d Item presentat quod^d Jacobus Foster & Thomas Lepar sunt communies brasiatores servicie & faciunt serviciam insalubrem
iiiij^d iiiij^d
ac fregerunt assisam domini Regis Ideo ipsi in Misericordia & c.

misericordia c----- iiiij^d Item presentat quod^d Michaelus Casyngharste & Thomas Bowmer sunt communies regratores sive tippillatores Servicie
ij^d ij^d
ac vendunt Serviciam per vas illicitum Ideo ipsi in Misericordia & c.

xij^{cem} tam pro domino rege
 quam pro Domino

Henricus Knyght	} Jurati	Nicholaus Symonde	} Jurati	Andreas Fyse	} Jurati	Robertus Oliver	} Jurati
Henricus Ode		Thomas Henley		Johannes Broune		Johannes Lewes	
Johannes Webster		Michaelus Casynghurste		Edwardus Kynge		Nicholaus Bonne	
Henricus Hunte		Johannes Olyver		Thomas Bowmer		Robertus Judsone	

misericordia c----- iij^d

Qui dicunt et Affirmant super sacramentum suum quo^d Omnia Superia presentata sunt vera Et ulterius presentant quo^d Thomas Nicolsonne & Willelmus Carter faciunt defaltam Ideo ipsi in Misericordia & c.

Pena

Item preceptum est Henrico Ode Magistro Legh & firmario domini quo^d excuriant Fossatum ab orreo Henrici Odes ad Howlattes Grene continentem per estimacionem xxij perticatas citra Festum Sancti ^{michaelis} Archangeli proxime futuro pena si none fiat quilibet eorum c---v s.

Extrahure precij c-----vj^d.

Item presentant unam ovem Coloris Whyte que pervenit de extrahure in dominium istud post Festum Sancti Michaelis Archangeli elapsum pretij c---vj^d. Et remanet in custodia ballivi & c.

Item presentant quo^d Robertus Sharparowe habet canem qui destruit animalia vicinorum Ideo preceptum est quod illum amoveat sub pena c---xl s.

Plus in dorso

End of G4 [previously E7] (recto). G4 [previously E7] (verso) follows below.]

Rowlls in H y^e 8 from y^e 9 of his raigne to the 30

Part 3

1506 [sic] H viii

[Tuesday] 17 Apr 1537 (continued)

Pena

Item preceptum est terre tenenti Johannis Dove quo^d exscuriat Fossatum existentem contra Cartars Hawe continentem per estimacionem xx^{ti} perticatas citra Festum Sancti Michaelis Archangeli proxime futuro sub pena iij^s. iiij^d.

Pena

Item preceptum est heredibus Henrici Dove quo^d exscuriat Fossatum ab janua Symondeis ad terram Johannis Woddene continentem per estimacionem viginti perticatas citra Festum Sancti Michaelis Archangeli proxime futuro sub pena c---xl d. Ac etiam quo^d amputent Arborem que pendet super viam regiam citra idem Festum sub eodem pena & c.

Eleccio officiorum

Electio officiorum remanet prout [patet] in Curia presedente & c.

Modo de Curia

misericordia c---vj^d.

Item presentant quo^d Johannes Legh ^{iiij^d} Raphaell Legh ^{ij^d} sunt terre tenentes & faciunt defaltam Curie Baronis Ideo ipsi in Misericordia &c.

Finis ab antiquo

Usitatus c---xiiij^d.

Item ad istam veniunt Johannes Webster ^{jd.} Robertus Sharparowe ^{jd.} Willelmus Smythe ^{jd.} Johannes Counsell ^{jd.} Nicholaus Symonde ^{jd.} Thomas Bowmer ^{jd.} Robertus Judson ^{jd.} Edwardus Kynge ^{jd.} Robertus Olyver ^{jd.} Johannes Olyver ^{jd.} Johannes Lewes ^{jd.} Henricus Hunte ^{jd.} Johannes Browne ^{jd.} Michael Casyngherst habentes animalia in communie Ad valenciam c---ij^s. vj^d. & dant domino quilibet eorum j^d. & c.

Jurati in Assisam

pro tribus acris
redditus annuatim xij^d.
Draper
Finis -----iij^s.

[1982 position of the above
slip (which by 2020 was
stuck back upside-down)]

Item Ad istam veniunt Walterus Symonde & Johannes Casynghurste & Jurati sunt domini Regis in Assisam & c.

Item Ad istam venit Henricus Wylde et in plena Curia Sursum reddidit in manus domini tres acras terre iacentes juxta Gascoynes pytte quondam Katherine Astone postea Willelmi Stephene Et dudum Johannis Wylde Ad opus et Usum Roberti Draper heredum & assignatorum suorum secundum consuetudinem Manerij Super Quo venit predictus Robertus Draper & petit se admitti ad premissa Et admissus est inde tenens habendum & tenendum sibi & heredibus suis ad voluntatem domini secundum consuetudinem Manerij per redditum xij^d. per Annum & alia servicia Et dat domino de fine pro tali ingressu inde habendo c-----iij^s. Et fecit domino fidelitatem et liberata est ei seisina per virgam & c.

Item Ad istam ordinatum est quo^d Robertus Draper & Henricus Knyghte tenentes domini huius Manerij debent recipere redditum unius tenementi cum certis terris eidem pertinentibus que Margareta Dove nuper tenuit pro termino vite & ea disponere circa reparaciones eiusdem tenementi ut eis melius videbitur donec & quousque & c. Et ulterius inde reddere computum cum inde requisitus fuerit & c.

Item ad hanc Curiam veniunt tam Edwardus Dove & Oliverus [Dove] filii primi Johannis Dove senioris filii quam quidam Walterus Dove & Johannes Dove filii cuiusdam Johannis Dove tercij filii & Junioris inter quos contencio est cum eorum consulariis Et predicti Edwardus Dove & Oliverus protulerunt quandam literam Willelmi Paulet militis unius consulariorum domini Regis manus sua signatam Senescallo & Supervisore Manerij predicti directam & c. Cuius tenor sequitur in hijs verbis .

As unacquaynted I commend me to yow And Forasmoche as varience is moved for certen Customarie landes in the parishe of Camerwell betwene the Chylder of Johne Dove elder sone of Johne Dove and off Johne Dove the thyrde sone childe beyng nepheues to the sayde Johne Dove father of the sayde two Johnes by reason of the enrollement of a cople made at the requeste & uppon the complaynt off

the sayde Johnne Dove the thirde sone made to the Courte in the Whiche Copy the sayde Johnne the thyrde sone & theyres of his body be made heyres And Johnne the eldest sone & his childerne and for lake off them Henrie & his Childer And for lake of them Humfrye & his childer beyng in the remainder of Maister Scott And his heyres in the Fee symple to be put by Whiche is contrary to the Graunte and Surrendres made by Johnne the Grauntfather to these Complayn[an]tes For in his Surrendres made apperith certene parcelles of lande Surrendred to thuse of Margarete his Wieffe terme off lyeffe remainder to Johnne his eldest sone and to theyres of his body With divers remainders over as in the same copy And Surrendred an other parcell to thuse of Henrie his sone & theyres of his bodye remainder for lake of Suche yssue to Johnne the eldest sone & to theires of his body With other remainders as in the sayde Copy is declared By reason Whereoff it apperith that the copy made uppon the surmyse of Johnne the thirde sone cannot be goodde And therefore yt shalbe Well done for Justice the matter be harde & indyfferently Waved & orderde Whereunto the Kynges pleasure is Maste^r Sulyarde now sicke and I shulde be prevye by reason of a byll put to his grace by the orphauntes prayenge yow yt may so be & We shalbe redye all tymes therunto and to put suche ordre as shall stonde with Justyce as nye as by yo^r Wysedom & owers cane be thought Writen the vijth day of Apryle

Yo^{rs} William Poulet

Ideo advisatur Curia ulterius donec & quousque premissa sunt audita & examinata per consularios dicti domini Regis & c. Secundum Tenorem & exigenciam litere predictae & c.

Affuratores { Henricus Knyght } Jurati
 { Henricus Ode } Jurati

[End of G4 [previously Roll E7].]